

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Incipit tractatus de electionib⁹ s⁹m dicta sapientū. Cap^m. i. p^hemiale.



Um post iudicia pre ceteris astronomie partib⁹ electionibus indigeamus et ipse sint res que quotidie nos occurrunt nec sine ipsis possumus perfecte ad completum utilitatis multo et iudicio que quotidie nos explicare oportet puenire. Uides mihi conueniens de ipsis tractatum s⁹m vestigia sapientum n⁹oz sacre speciale. Et est autem electio s⁹ consiliari appetitus consilium. Eligere autem est appetitus intellectus resultans ex actu liberi arbitrij. Et licet insurrexerint mihi aliqui plures fati atq³ ydote tunicati dicentes electionem nihil valere atq³ penitus nihil esse. Nihilominus tamen electiones et ceteri partes astronomie in sua firmitate remanserunt nec est ob hoc earum veritas diminuta. Per electiones enim apprehendere possumus multa bona similiter et multa mala possumus euitare que s⁹m stellas ventura sunt: non tamen dico quod electio faciat rem sed remouet prohibens ne res fiat: si enim iudicatum fuerit per astrologiam alicui contra hostes ituro victoria de ipsis supra aliqua sibi facta questione nisi bona habuerit querens electionem in mouendo suum exercitum contra suos hostes poterit propter malum itineris sui principium succubere: vel etiam ad minus multum de bono quod ei significabat per iudicium diminueret. Et si bona electionem habuerit sub ascendenti bono et fortior ei significabat per iudicium ad rem finem bonum perueniet atq³ sibi resistentem inimicum superabit. Impossibile enim est quin ea que sunt recto consilio et de iure firmitate non habeant et ad bonum finem perueniant. Altissimus enim et gloriosus creator omnium celos fecit et stellas incorruptibiles de quinta essentia incorruptibili ut inferiora corruptibilia de. 4. corruptibilibus essentialibus. scilicet elementis facta regerent et gubernarent: et fecit stellas propter homines ut a stellis hominibus et alijs inferioribus iuuamina prestarentur. Quod enim est factum pro homine debet seruire homini. quod si dicerent aliqui non est ita non est cum illis astricandum cum nihil intelligant et nihil credant sed dimittant tanquam magistri erroris et heretici veritatis. Ipsi enim veritates ignorant quoniam pecuniario lucro sunt intenti et priuat eos scientia et mentes et corda eorum cecat. Stelle enim in. 8. celis sensibilibus et mobilibus sunt constitute: ille enim que sunt in primo mobili que fixe a philosophis appellantur sunt quasi ut materia corruptibilia sunt forme: planete vero sunt et operantur et exercent quoddam medium per quod superiora in inferioribus operantur: nihilominus tamen ipsi formaliter exercent suas operationes: et quia materia est quoddam infinitum et forme sunt ex materia: et illud est causa quare forma nulli rationalis assuulatur simpliciter forme alteri et ne dum indiuidua sed etiam species sunt quasi infinita nobis. Ex quo ergo deus fecit stellas propter homines quam utilitatem sequerentur ex eis si non operarentur et imprimerent in inferiora diuersa nunc hoc nunc illud quod videmus eas facere quotidie manifeste operantur enim in vno loco alio quando bonum: aliqui videmus eas in illo eodem loco contrarium eius quod primo fuerant operare quod non contingit nisi ex diuersitate motuum et situum ipsarum: quoniam